



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2 Quotuplex sit privilegium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

10 reputari potest privilegium, quia causam securitatem, & certitudinem in operante: & ita docet glossa in supradicto cap. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 23. quæst. 3. Nauarr. consil. 5. de statu monarchialis. num. 5. Salas disp. 17. sect. 1. num. 4. Suarez lib. 8. cap. 1. Quod his concessionibus non solum securitas, & certitudo concedatur. sed etiam licentia, & facultas faciendi aliquid, quo possit ab aliquo inferiori Prelato impediri: tunc clarum est esse propriè privilegium concessiuum. Semper tamen quoad fieri potest, intelligendum est privilegium, de privilegio concessiuo, non declaratio: quia hoc propriissimè privilegium, vt sumitur ex cap. in his, de privileg. & tradit Panormit. & Felio, in cap. 1. de rescriptis. Azor, supra Salas num. 4. Suarez num. 8.

3 Ex qua doctrina inferit Azor quæst. 3. & ex illo Salas n. 5. privilegium concessum Episcopo, vt testari queat, intelligendum esse de bonis ratione Ecclesiæ, cui præst. quæsitus, non de patrimonialibus, de quibus iure communi testari potest. Secundo si concedat privilegium, vt procedat in causa appellatione remota intelligitur non de iniuria, & appellatione, sed de iusta quia procedere semota iniuria & fruola appellatione quilibet iudex potest; quod tenet Manuel. Rodrig. tom. 1. regular. quæst. 13. art. 13. Tertio facultas data Episcopo creando nouam dignitatem in Ecclesia, censetur data sine consensu Capituli. Quarto mandatum Pontificis de conferendo beneficio in certa Ecclesia, protenditur vique ad canonicatum, si in ea Ecclesia non sint alia beneficia. Quinto, si princeps concedat alicui ius inquirendi, & animaduertendi in aliquos homines, intelligitur de his, in quos inquirere, & animaduertere alioqui non poterat. Sexto, si concedat, vt agnoscat delicta, quæ alioqui antea poterat, intelligitur, vt de his delictis procedere queat, etiam fama publica non præcedente. Adde quædam privilegia solum concedere id, quod iure communi concessum esset, rectè poterat vocari privilegium concessiuum, non quidem noui iuris, & facultatis, sed eiuſdem, etiam habite nouo titulo, quæ concessio nouo titulo facta, reputari potest privilegium, vt docet Suarez lib. 8. cap. 22. num. 3. Baldus verbo privilegium. n. 3. Bonacina disp. 1. quæst. 3. punct. 4. num. 1. Deseruit autem hæc concessio, ne per simplicem prohibitionem impediti possit illius vsus, sed necessaria fit reuocatio privilegii concessi, vt aliis relictis docuit Suarez supra.

4 Dixi in definitione, privilegium concedere speciale aliquod beneficium vt excluderem à ratione privilegii leges omnes penales, quæ licet in defensionem aliquorum personarum, vel immunitatis Ecclesiæ laz sint privilegii, naturam non obtinent quia non per se concedant beneficium, licet ex impositione pœnæ & delinquentis punitione aliquo modo resultet, sic Salas sed. 1. num. 2. & sect. 2. num. 17. cum Valquez disp. 11. cap. 3. num. 19. Suarez lib. 8. cap. 6. num. 6. vbi optimè notam non esse privilegium decretum, quo aliqui excluduntur ab aliqua congregatione, & collegio ob defectum aliquem: quia licet decretum cedat in fauorem communitatis, quia tamen hoc non est per se, sed ex consequenti siquidem materia illius decreti non est fauor, sed pœna & priuatio; ideo non est privilegium; sicut nec priuilegia dici debent decreta Pontificis, quibus aliqua genera personarum ab ordinibus suscipiendis arceatur, nullum enim beneficium tali statuto alicui directe conferitur.

5 Ex his constat, quæ ratione privilegium à lege, à dispensatione, à gratia, & rescripto differat. Differt enim à lege primo, quia lex respicit ius commune, & publicum; privilegium ius speciale, sic Valquez disp. 11. cap. 1. num. 2. & 3. Secundo quia lex semper astringit ad sui obseruationem eos, in quos fertur, privilegium à legis obseruatione excipit privilegium. Tertio lex aliquando imponit pœnam irregularibus, privilegium non item.

Differt autem à dispensatione, quia lazius patet, quam dispensatio: dispensatio enim semper est alicuius legis, at privilegium non semper dispensationem legis continet; quando scilicet privilegium non est aduerum iuri communi, sed præter illud. Item dispensatio ad vnum solum actum conceditur, vt g. ad vnicam excommunicationem, vel irregularitatem, vel impedimentum matrimonii tollendum; & tunc certe talis facultas dici in vigore non potest privilegium, quia non est priuata lex non enim ad modum legis permanet, sed potius ad modum præcepti transit; autem, & facultas per privilegium concessa debet esse aliquo modo permanens & stabile. A gratia autem, & beneficio Principis differt, tanquam inferius à superiore omne enim privilegium gratia est, & beneficium Principis: at non omnis gratia & beneficium privilegium est, siquidem data gratia, qualis est absolutio alicuius excommunicationis incurte, & dispensatio alicuius irregularitatis, quæ privilegium non est. Denique differt privilegium à rescripto, quia rescriptum, si nomen propriè attendamus, significat responsum Principis scriptum ad decisionem alicuius dubii iuris vel iuris, inquam communis, vel specialis: ac proinde à privilegio est omnino distinctum, quod non constituit ius sed potius regulatur à iure eximit. Verum communiter iam rescriptum sumitur pro scriptura, quæ gratia, vel iustitia alicui conceditur. Re-

scriptum iustitiæ est rescriptum datum, vt ius alicui seuerit ac proinde privilegium differt multo ab illo, quia privilegium gratiam, non iustitiam continet. A rescripto autem gratiæ differt, quia sæpè hoc rescriptum pro solo vnico actu conceditur, vt contingit rescriptis dispensatiuis, alicuius impedimenti canonici, & inhabilitatis. Rescriptum autem quod privilegium continet, facultatem ad plures actus concedit. Item rescriptum gratiæ, sæpè est alicuius gratiæ quoad factum, non quoad ius: hoc est, est alicuius gratiæ quæ consistit in facto esse, seu quæ vnico facto completur, vt contingit in rescriptis concedentibus beneficia, dignitates, & officia. At privilegium propriè est facultas de aliqua gratia, quæ non absorbetur vnico facto sed relinquit facultatem exercendi actiones plures iuri communi contrarias, vel saltem distinctas.

PUNCTUM II.

Quotplex sit privilegium.

Multiplex est privilegium aliud reale, aliud personale, aliud remuneratorium, aliud gratiosum, aliud purum aliud sub conditione. Aliud ob bonum commune, aliud ob priuatum, aliud fauorabile, aliud odio sum, aliud temporale, aliud perpetuum, aliud scriptum, aliud non scriptum. De quibus omnibus sigillatim est dicendum.

§. I.

De privilegio personali, & reali, quid sint, & qua ratione distinguantur.

- 1 Explicatur utrumque privilegium.
- 2 Duo notabilia inferuntur pro clariori intelligentia superioris doctrina.
- 3 Privilegium concessum alicui ob aliquam illius excellentiam, quando censetur, reale, quando personale.
- 4 Apponitur quadam limitatio.
- 5 Quid quando est dubium, an sit reale, vel personale, Places aliquibus debere intelligi personale.
- 6 Sub distinctione respondentur.
- 7 Si tibi probabilis sit esse privilegium personale, & non reale, tamen si Suarez & alii sentiant te debere stare parti maioris probabilitatis: ac securè potes probabilis parti adhaerere.
- 8 Si tibi possidentis privilegium, vt reale, suboritur dubium, siue personale, neque potes vincere, reale poteris reputare.

1 PRIMO diuiditur privilegium in personale, & reale, secundum omnium sententiam ex l. privilegia ff. de regul. iur. ibi Privilegia quadam causis sunt, quadam persona. & cap. mandata de presumptionib. dicitur: non loco tribuimus, sed persona. Personale privilegium est, quod per se ratione ipsius conceditur. Reale, quod personæ conceditur ratione alicuius rei ab ipsa distinctæ; semper enim privilegium siue personale sit, siue reale personam respicit, quia sola illa capax est fauoris, & beneficii per privilegium concessi: at quia hoc beneficium ioco officio, dignitati, aliisque similibus solet annecti privilegium tunc reale dicitur quia immediate rei conceditur, & ratione illius personæ. Hæc distinctio est maxime aduertenda ob diuersos effectus privilegii personalis & realis. Nam privilegium personale cum persona finitur cap. privilegium de regulis iuris, m. 6. l. unica §. ne autem, C. de caducis tollendis, l. cum quis 55. l. fin. ff. de verborum obligat. §. finitur. In iur. de vsu fructu. Privilegium vero reale durat toto eo tempore, quo durat res, cui annectitur. l. Imperatores ff. de publicanis & tradit alios referens Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 6. num. 3. 8. versic. 8. Gutierrez de gabelis, quæst. 166. num. 3. Barbosa in l. quia tale 24. ff. soluto matrimonio, num. 77. sine. Donell. de iure eligendi, lib. 15. comment. cap. 1. Res autem, quibus solet annecti privilegium reale, sunt in duplici differentia: alia vocantur corporea, alia incorporata. Corporea vocantur Ecclesiæ, monasteria, agri, aliaque similia. Incorporata, Episcopatus, Clericatus, Doctoratus officium, & munus iudicis, scholaris, militis. Quandocumque ergo privilegium alicui fuerit concessum ab aliquam rem, & qualitatem: ex his supradictis, privilegium reale dicendum est.

2 Ex quo fit primo privilegium concessum religioni, vniuersitati, ciuitati, collegio, monasterio, vt ipsa communitas, quatenus talis est, illo vtatur, privilegium reale propriè dici debere quia tunc non descendit ad singulares, personas, sed ipsi communitati, qua talis est, conceditur. Tunc etiam, quia de se est privilegium perpetuum, sicut ipsa communitas de se perpetua est l. proponitur 79. ff. de iudicis. Quæ est ratio sufficiens, vt privilegium reale dicatur, ex l. for. a, §. quamquam ff. de censibus. Si vero privilegium communitati sit concessum



cessum, ut singuli ex illa communitate illo frui possint, etiam reputo privilegium reale dici debere; quia est descendat ad singulares personas non qua tales sunt, sed ob qualitatem communem sibi adhaerentem, scilicet, quia sunt ex tali communitate.

Et secundò privilegium concessum minoribus, & absentibus, ut in aliquibus casibus institui possint, & privilegium concessum filiis familias, ne ratione mutui possint obligari, & concessum feminis, ne pro fideiussione obligentur privilegium reale dici debet; quia illas personas singulares respicit, non qua tales sunt, sed ratione qualitatis communis illis adhaerentis: & in his omnes ferè Doctores conveniunt, ut videre est in Azor lib. 5. cap. 22. quest. 2. & segg. Salas disp. 17. sect. 2. à num. 6. Suarez lib. 8. cap. 3. à num. 3. Bail. de Leon lib. 8. de matrim. c. 18. à num. 4. & num. 6.

3. Difficultas autem est, quando privilegium alicui personae conceditur ob aliquam illius excellentiam: Verbi gratia, ob labores in bello factos, ob ingentem victoriam, ob singularem scientiam; an tunc privilegium illud sit personale, vel reale? Et quidem si privilegium illud ob materiam incapacitatem, ad successores, vel haeredes illius transire non potest, privilegium personale erit, quantumcumque verba aliud indicent; quia verba debent rebus accommodari: sic ex Panor. Anchar. & aliis docet Suarez lib. 8. de legibus, cap. 3. à n. 13. Menochius lib. 1. praesumpt. 103. num. 1. & 16. Bailius cap. 18. §. 1. num. 6. Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 3. At si privilegium illud ad successores, vel haeredes transmitti potest, tunc, inquam, attendenda sunt verba, quibus privilegium conceditur, ut ex illis intento concedentis colligatur. Nam si verba privilegij dignitatem ad dignitatem, officium, & munus illius personae, quod munus, & dignitas ad successores transit, regulariter privilegium reale iudicari debet, & ad successores transmitti. Ut si dicat Princeps; Concedo Episcopo Salmanticensi, Comitibus Benaventini, Ducibus Sidoniae hanc, vel illam facultatem, &c.

Dixi regulariter, quia ex verbis, & materia privilegij, potest constare non fuisse privilegium concessum dignitati, sed personae, etiam si persona nominata non fuerit. Ut si Episcopo Salmantino concedatur potestas aliqua dispensandi, & addatur in privilegio, id illi concedi ob eius prudentiam, & singularem scientiam, & sanctitatem, concessio personalis erit, neque ad successores transmittenda, ut multis allegatis docet Thomas Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 27. num. 3. & probatur satis ex cap. mandata, de praesumptionibus. Verum si dicat; Concedo tibi Petto, Francisco, &c. regulariter personale privilegium est reputandum: tum quia concessio ad personam dirigitur: tum quia non nominat officium, cum possit ita Panor. Anchar. & Felinus in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, glossa in cap. tua, de his, qua sunt à prelato, & 25. quest. 2. in princip. Baldus in cap. 1. de his, qui secundum dare possunt, §. Marchio, num. 4.

4. Limitanda tamen est haec doctrina, nisi addantur aliqua verba, quae perpetuitatem, & transmissionem privilegij ad successores denotent: tunc enim reputandum est privilegium, non personae singulari, sed officio, vel familiae concessum. Ut si privilegium dicat tibi, & successoribus tuis haec facultas conceditur. Et idem est, si dicatur: Tibi in perpetuum concedo hanc facultatem; ratione illius particulae, in perpetuum, ac successores privilegium transiit. Nam si ad successores non transiit privilegium, nihil illa particula operatur, sed esset inutilis, & frustranea: quod in legibus, & privilegiis omnino vitandum est, ut decidit in cap. si Papa de privilegiis, in 6. ibi, cum verba aliquid operari debeant, & 13. in princip. ff. de iurcir. randa. nec frustra adjicitur. Quod ad id verum est, ut etiam quilibet syllaba aliquem effectum debeat sortiri: & tradit Staphil. de literis gratias, tit. de vi. & effectibus clausulae, §. 1. num. 6. Simon de Praetis de interpret. olim. volunt. lib. 2. interpret. 3. dub. 2. solut. 5. & gloss. cap. supra, de maiori, & obed. verb. tanquam. Sed ex eo praesertim, quod privilegium dicat: Concedo tibi hanc facultatem, sine vlla temporis restrictione, intelligitur tibi concessa toto tempore vitae tuae. Ergo ut aliquid operetur, particula illa in perpetuum, ad successores debet extendi. N. que obstat concessio tibi tantum esse factam, quia tibi tantum est facta sub expresso nomine, & successoribus, sub nomine implicito, & virtuali: sic Felin. in cap. quoniam Abbas, de offi. delegat. n. 11. Suarez lib. 8. cap. 3. num. 12. Bail. de Leon lib. 8. cap. 18. n. 5. Menochius de praesumptionibus. lib. 3. praesumpt. 103. n. 38. Ioan. Garcia de nobilit. glossa 1. §. 1. n. 5. Neque obstat l. 1. ff. pro socio, ubi contractus societatis, est dicitur factus in perpetuum, non extenditur ultra vitam, quia non potest socij obligare haeredes ad societatem, ex l. cum duobus, §. 2. §. idem respondit, l. aded. §. 6. ff. pro socio.

5. Sed inquires, quando pensatis verbis privilegij, & illius materiae dubium est, an privilegium reale sit, an personale, quod reputandum sit; verba enim privilegij simul & ad personam, & ad officium dirigi possunt. Ut si dicat privilegium: Concedo tibi Episcopo Salmanticensi facultatem, &c. illa enim verba tum ad dignitatem, tum ad personam dirigitur, am-

biguumque sensum reddunt, an ad personam ratione ipsius vel ratione dignitatis dirigitur: quid ergo dicendum tunc est? Aliquibus videtur reputandum esse privilegium personale, quia duplici praesumptione concurrente, alia specialis, alia generalis, praevalet specialis, ut ex multis probat Menochius de arbit. lib. 2. casu 472. num. 14. & de praesumptionibus, lib. 1. quasi 29. n. 7. Sed personalis praesumptio magis specialis est, quam realis. Ergo pro personali in casu dubio standum est: sic tenet relato Decio cap. quoniam Abbas, num. 36. de officio delegati, in nova editione. Thomas Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 27. num. 4.

6. Verum sub distinctione respondendum censo. Si privilegium est omnino favorabile, quia nec iuri communi, neque iuri tertij contrarium est, reputari debet reale in casu dubio, & extendendum, sicut Bart. & Bald. Barbosa, Rodriguez, & alii docet Suarez num. 18. Bonacina disp. 1. de legibus, quasi 3. punct. 1. num. 7. & innumeros referens Thomas Sanchez lib. 8. de dispensat. disp. 1. num. 1. in fine, & num. 4. Bail. de Leon lib. 8. de matrim. cap. 18. §. 1. n. 7. Ratio est, tum quia beneficium Principis late est interpretandum; ex l. vlt. ff. de consuet. Princip. tum etiam, quia beneficium concessum à Principe debet esse manuum, ex reg. decet, 16. de regul. iur. in 6. Verum si privilegium iuri communi deroget tantum, etsi plures Doctores sentiant late interpretandum esse, ac proinde, ut reale iudicandum: at metuo Thom. Sanchez pluribus relatis, Suarez, & Bonacina, Bail. sentiunt limitandum esse, & personale iudicandum. Et ratio desumitur ex cap. 1. §. ille vero de filijs presbyterorum, in 6. vbi ea de causa restringitur dispensatio illegitimi, quia à iure communi exorbitat. Si autem privilegium praeter ius commune sit, vergit tamen in praevium aliorum, ea parte, qua in praevium vergit. Illicite est interpretandum; ac proinde reputandum erit tunc personale, & non reale, sic Sanchez, Bonacina, Suarez, & alij apud ipsos. Debet tamen praevium graue esse, alias non debet in considerationem venire; sic ex gloss. sup. cap. olim, de verb. signific. & alii, docet Sanchez supra num. 4. circa finem. Neque obstat aduersus hanc doctrinam reguli illa, quod praesumptio specialis generalem cessante superat, quia hoc intelligitur, quando specialis generali opponitur, seu verò de praesumptione specialis, quae si praevium generalem transeat, favorabilior erit.

7. Aduertit tamen Suarez, & Bonacina supra; si tibi maior probabilitas est, privilegium personale esse, & non reale, vel contra; pro parte maioris probabilitatis stare debes, etiam si probabile iudices oppositum, quia illa maior probabilitas est quaedam moralis certitudo, & maius ius conferit: ac proinde non solum in foro interno, sed externo sic iudicandum est. Verum, ut constat ex dictis in irat. de conscientia probabili, est tibi sententia aliqua probabilior appareat, non teneris illi adherere, sed probabiliter sequi potes: tum quia non est certum illam sententiam, quae tibi probabilior apparet, esse probabiliorum: ab aliis enim, ut minus probabilis iudicabitur, ac proinde de eadem dixit Suarez lib. 8. de legibus, cap. 3. circa finem sententiam probabiliorum sequendam est, si excessus probabilitatis certus sit quod ferè est impossibile; tum etiam, quia id quod verè est probabile, in ea ratione, qua probabile est, praeponderat illi conformis. Ergo non teneris probabiliorum partem sequi.

8. Aduerto secundò, si tibi possidenti privilegium, ut reale, suboritur dubium, an fuerit personale, & te diligenter examinata, dubium vix necesse non potes, reale esse poteris reputare; iuxta vulgatam regulam. In dubiis melior est conditio possidentis, sic Bonacina, & Suarez supra.

§. II.

De privilegio perpetuo, & temporali.

1. Explicatur privilegium perpetuum, & illius conditio.
2. Explicatur temporale, & quorupmodum contingat.

1. Secundò dividitur privilegium in perpetuum, & temporale. Privilegium perpetuum est, quod durare perpetuo potest, nisi a concedente reuocetur. Temporale e contra, quod de se tempore limitato finitur. Privilegium perpetuum semper est reale, ac proinde tunc solum contingit, quando adheret rei de se perpetuae, & concessum est ubi quae vlla temporis limitatione. Sic dicitur privilegium perpetuum, quod conceditur monasterio, Ecclesiae, alioque loco pio, quia haec loca de se perpetua sunt, cap. quae semel, 19. quasi 3. Item quod volucritas, collegio, & religioni primo est concessum; quia communitas illa semper manet, etsi singulares finiantur. Idem est de privilegio concessio dignitati, officio, & maneri, quod ad successores transit, quia concessio ipsa perpetua est, & durat.

2. Privilegium autem temporale tripliciter contingit. Primum ex parte eius cui conceditur. Secundò ex parte concedentis. Tertio ex parte ipsius privilegij. Ex parte eius, cui conceditur, contingit

contingit, si personæ tantum concedatur, quodque vocatur privilegium personale, singulare. Nam licet hoc aliquo modo dici possit perpetuum, sicut exilium pro tota vita perpetuum dicitur: comparatione tamen facta cum privilegio alio reali perpetuo, temporale est, quia pro tempore signato, qualis est hominis vita, durat; hac enim finita, & privilegium finitur, ex cap. privilegia, de regulis iuris, in 6. & l. privilegia, l. in omnibus causis, ff. eodem. Ex parte concedentis est privilegium temporale, quando pro sola eius vita conceditur, vel pro limitato aliquo tempore. Nam licet privilegium, quia gratia est, & favor, non finitur de se morte concedentis, quando absolute conceditur, ex cap. gratum, de offic. delegat. & c. si super gratia, eodem tit. in 6. At si concedens limitaverit intentionem suam, vel solum pro tanto tempore, vel pro sua vita vim habeat, ultra illam extendi non poterit, quia non potest extendi privilegium ultra intentionem concedentis illud. Quando vero hoc censetur contingere, ex verbis ipsius privilegij desumendum est, & nos explicabimus, cum de cessatione privilegij loquemur. Ex parte vero privilegij est temporale, si concedatur sub aliqua conditione, quæ lapsu temporis finitur: nam ultra illam extendi non poterit, quia non extenditur privilegium ultra intentionem concedentis illud.

§. III.

De privilegio gratuito, & remuneratorio, conventionali, & puro.

1. Explicatur hac privilegia.
2. Quilibet ex his privilegiis potest esse reale, & personale.
3. Proponuntur aliquot objectiones.
4. Solvuntur.
5. In casu dubio, an hæc censenda sint privilegia personalia, an realia.

Tertio dividitur privilegium in gratuitum, & remuneratorium. Remuneratorium privilegium dicitur, quod alicui conceditur in præmium, & satisfactioem meritorum eius, vel suorum parentum, vel consanguineorum. Gratuitum vero, in quo non habetur respectus ad vlla merita tanquam merita. Concedens enim privilegium dupliciter se gerere potest in illius concessione. Primum pure, gratiosè, cui gratia non obstat respectus ad merita privilegiati, tanquam ad causam impellentem, & moventem ad concessionem; obstat tamen, si respiciat merita tanquam merita, & pretium; pro quibus, & in quorum satisfactioem, & præmium intenditur privilegium concedi. Si ergo privilegium merita, ut merita non respiciat, erit privilegium gratuitum: si autem illa, ut merita spectet, & privilegij concessione velit illa remunerari, & quodammodo satisfacere, censetur privilegium remuneratorium; in hac enim explanatione omnes Doctores conveniunt.

Quarto, dividitur privilegium in conventionale, & purum. Conventionale autem privilegium, ut ex ipsis terminis constat, est, quod ex conventionne, & pacto conceditur. Non conventionale, seu purum, quod omni conventionne, & pacto caret.

Dices conventionem privilegio stare, quia quæ debentur ex conventionne, sunt debita; privilegium autem est gratia, ut diximus: gratia autem debito opponitur. Ergo.

Respondet, de ratione privilegij solum est facultas alicui concessa extra id, quod à iure habet, quæ de se gratia est: quod autem hæc facultas, & gratia concedatur ex debito, vel ex liberalitate, nihil interest ad privilegium: ut bene dixit Suarez lib. 8. de priviil. cap. 4. n. 9.

2. Sed inquires, an quolibet ex his privilegiis possit esse reale, vel personale?

Respondet & posse esse reale, & personale, quia siue pure, siue ex pacto, siue in remunerationem, siue gratiosè privilegium concedatur, potest concedi personæ, vel officio, limitato tempore, vel in perpetuum. Ergo ex se indifferens est, ut personale sit, vel reale: quare attendenda sunt verba privilegij, & materia circa quam versatur, ut inde colligatur, an privilegium reale sit, vel personale.

3. Sed obijces, quia privilegium remuneratorium non videtur posse esse reale; contra vero privilegium conventionale non videtur esse posse personale. Ergo supradicta doctrina non subsistit: quod autem privilegium remuneratorium non possit esse reale, hoc est, ad hæredes, & successores transire, inde probatur: quia ad ipsos non transiunt merita, ob quæ privilegium est concessum. Ergo neque privilegium transire potest; privilegium enim remuneratorium debet habere merita, quæ remuneret. Ergo ubi non habet merita, quæ remuneret, privilegium remuneratorium esse non potest. Et confirmo ex l. 69. ff. de regul. iur. ubi in omnibus causis id observatur, ut ubi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, & ex l. 1. ff. de constit. Princip. ubi Visian. dicit, Quæ Princeps alicui ob merita indulsit, vel si quam

pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit personam non egreditur. Ergo privilegium concessum ob merita alicuius, illius personam egreditur: siquidem conditio ipsius locum fecit beneficio, ac proinde ea deficiente, beneficium deficere debet. Quod autem privilegium conventionale personale esse non possit, inde probatur, quia fundatur in pacto, & non in persona, & ratione pacti neque ab ipso concedente revocari potest. Ergo est privilegium reale, & de se perpetuum.

4. Facilis est horum solutio. Dico ergo privilegium remuneratorium non exigere actu merita, quando est, sufficit, si aliquando præcesserint; propter merita enim præterita tibi privilegium remuneratorium concedi potest; imò propter merita tuorum parentum, vel consanguineorum: illa enim merita in te remunerantur, & illud privilegium remuneratorium est, non tuorum meritorum, sed aliorum, quæ tibi applicantur.

Ad confirmationem desumptam ex regul. 69. concedo, ubi personæ conditio locum facit beneficio, taliter, quod beneficium à conditione personæ pendat in esse, & conservari, deficiente ea, beneficium quoque deficere. Quia tunc est privilegium personale, qualitatem personalem respiciens. At quia sæpè personæ conditio locum facit beneficio, quod beneficium non dependet in sui conservatione à conditione, quæ illius fuit occasio; ideo tale beneficium non semper finitur deficiente persona, sed ad successores transire potest. Ad legem illam primum concedo privilegia, quæ Princeps alicui ob merita indulsit, vel gratis donavit, personam illius cui sunt concessa, non egredi; per consequentiam, inquam, similitudinem, & exemplum, quia in regul. 74. de regulis iuris, in 6. dicitur, Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Hoc tamen non obstat, quominus per identitatem possint personam egredi, & ad successores transire. Quod si rectè expendatur, non est propriè egredi personam, cui sunt privilegia concessa; siquidem à principio non fuerunt vni, & singulari personæ concessa, sed multis, scilicet omnibus ex familia, vel successoribus in dignitate. Alia verò obiectio de privilegio conventionali difficultatem non habet. Concedo ergo privilegium conventionale fundari in pacto, tanquam in occasione, & causa, ob quam est concessum: non tanquam in fundamento, cui annexator ipsa concessio, est enim pactum occasio concessionis, non materia illius.

5. Sed ulterius inquires, quid in casu dubio censendum sit, an privilegium reale, an personale. Et quidem de privilegio conventionali regulatier censendum est reale, ex l. 2. ff. de iure immunitatis. Ratio est, quia huiusmodi privilegium rationem contractus foritur, qui regulatier ad hæredes transit, ex l. iurisgenium, §. pactorum ff. de pactis. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. num. 22. Barbosa in l. quia tale, ff. de soluto matrimonio, num. 6. ad finem. De privilegio autem remuneratorio censo probabilis in casu dubio personale esse, quia merita, in quibus fundatur, personalia sunt: sic Menochius plures referens supra num. 12. Barbosa num. 6. Basil. lib. 8. cap. 18. §. 1. num. 9.

§. IV.

De privilegio affirmativo, & negatio, communi, & singulari, fauorabili, & odioso.

1. Explicatur affirmativum, & negativum, & quomodo distinguantur.
2. Privilegium commune, & singulare expenditur.
3. Fauorabile, & odiosum declaratur.

Quinto privilegium sicut & lex, & præceptum dividit solet in affirmativum, & negativum. Divisio est ratione materiae privilegij. Affirmativum privilegium vocatur, quod facultatem concedit ad aliquid efficiendum; negativum, quod concedit facultatem ad omitendum. Multipliciter autem hæc differunt. Primum d. fuerunt, quia privilegium affirmativum aliquando est contra ius commune, aliquando est præter illud, quia in actione consistit, quæ potest esse, & iuri communi adversa, vel saltem ab illo non concessa: sic privilegium concessum ingrediendi monialium monasteria, est contra ius commune, & privilegium lucrandi indulgentias, eligendi Confessorem præter ius commune. At privilegium negativum semper est contra ius certum, vel saltem dubium; quia esse non potest privilegium, nisi concedat facultatem aliis non habenti: at quilibet habet potestatem omitendi ea, ad quæ facienda nullo iure tenetur. Ergo ad hæc omitenda non datur privilegium. Dixi, contra ius certum, vel dubium, ut comprehenderem omne privilegium, tam declarativum facultatis, quàm concessivum illius, quando enim ius dubium est, & non obligat nisi ex ignorantia, & scetulo alicuius; tunc privilegium, quod illi conceditur, non est propriè privilegium, quia non est concessio alicuius facultatis aliis non habenti, sed est declaratio facultatis incognita, quam habebat. Hinc est secunda differentia privilegij affirmativi à negatio, quia negativum semper

semper est oppositum positivo præcepto: at affirmativum non semper est oppositum præcepto, & quando ei opponitur, negativum præcepto opponitur. Alij etiam differentiam addunt, quia privilegium negativum amitti non potest per non vltim, seu omissionem; secus vero affirmativum. Quod verum habet, si non vltim intelligatur de non vltim, seu omissione legis communis, quia per talem omissionem, & non vltim legis privilegium servatur. Quomodo ergo amitti potest? At si intelligatur de non vltim, & omissione ipsius privilegij, potest sicut & affirmativum privilegium deperdi.

2. Sexto dividitur privilegium in commune, & singulare. Voco privilegium commune, quod ob finem boni communis, immediate conceditur. Singulare, quod ob bonum alicuius singularis est immediate concessum. Notanter apposui particulam *immediate*: nam omne privilegium, siue concessum communitati, siue concessum singulari personæ, semper est ob finem communis boni vltimæ, quia ad bonum commune spectat privilegia indigentibus, & demeritis concedi: sed non obinde debent dici privilegia communia, & ob finem boni communis immediate concessa, sed singulata; quia licet nullis concedantur, cuiuslibet tamen conceditur, quatenus talis est. At privilegium quod ob finem boni communis immediate conceditur, primo, & per se communitati conceditur, & inde ad singulos derivatur, non qua singuli sunt, sed qua partes sunt illius communitatis. Exemplum est manifestum in privilegio concessio clericis, ne ad tribunal sæculare trahantur, quod est concessum statui clericali primo, & inde ad quoslibet clericos derivatur, quatenus partes sunt illius status. Huius ergo privilegio communi nemo potest renuntiare, ex *cap. si diligenti, de foro comper. c. consingit, de sentent. excommu. c. l. ius publicum, ff. de pactis*, quia nemo potest renuntiare, quod sibi directe concessum non est, esto illo fruatur, bonum enim commune pendere non debet a cuiusque voluntate. Item ipse non potest renuntiare esse partem illius communitatis, cui concessum est privilegium. Ergo nec privilegio, quod illi advenit, quatenus est pars, & membrum communitatis. Privilegio autem in commodum vniuersaliusque introducto cedere quis potest, ex *cap. ad Apostolicam, de regularibus, l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, tum quia non decet beneficium invito concedi: tum & præcipue, quia si in commodum ipsius est privilegium, ipse constituitur illius dominus, ac proinde renuntiare poterit. Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi privilegium concessum in gratiam vnius, respiciat etiam commodum alterius, & vnum ab alio separari non possit, quia tunc ab vno tantum non poterit renuntiare, aliis posset renuntiare privilegio alterius. Quia ratione dicitur uxorem non posse renuntiare privilegio scnatuconsulti Velleiani, non se obligandi fideiussione sine consensu mariti; quia tam in fauorem uxoris, quam mariti hoc privilegium est uxori concessum. Idem est, si privilegium concessum in fauorem tui, esset etiam directe concessum in vindictam alterius; quia tunc tali privilegio renuntiare non posses, eo quod non possis intentionem legislatoris, quæ tuum consensum non respicit, impedire sic Bonacina *disp. 1. q. 3. punct. 1. num. 10. Suarez lib. 8. cap. 7. à num. 1. Salas disp. 17. sect. 2. num. 24.*

3. Septimo dividitur privilegium in fauorabile, & odiosum. Fauorabile est, quod ita fauorem continet, ut nemini incommodum afferat. Tale est privilegium audiendi Missam tempore interdictionis, vescendi lactinia, vel carnes solemnitate, & alia similia, hæc enim etiam obseruationi iuris communis opponantur; quia tamen nemini specialiter præiudicium afferunt, fauorabilia privilegia absolute dicenda sunt. Odiosum vero privilegium est contra dicitur, quod ita fauet privilegiato, ut simul alteri nocet: tale est privilegium, quo exemptus es à decimarum solutione: nocet enim illi, cui decimæ debebantur, etsi tibi prosit. Item privilegium, quo capax es habendi plura beneficia, cedit enim in præiudicium aliorum. Simile est privilegium concessum ad lites, & maxime si datur, ut procedat iudex, appellatione remota, quia hæc omnia etsi tibi fauant, aliis damnosa sunt, sic Panormita, in *cap. quia, de privileg. c. olim, de verb. signific. Bald. in l. 1. ff. de constit. Princip. Tiraquell. de retroque retrahit, in præf. num. 62. Azor. lib. 5. cap. 23. q. 2. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 1. num. 21. Suarez lib. 8. cap. 6. num. 5.*

§. V.

De privilegio scripto, & non scripto pro foro conscientie, & externo.

1. Quid sit privilegium scriptum, & an transumptio fides habenda sit: quid non scriptum.
2. Consuetudine comparari potest privilegium.
3. Proponitur quedam obiectio, & soluitur.
4. Explicatur privilegium pro foro conscientie, & pro foro externo.

5. An privilegium pro foro conscientie intelligatur pro foro sacramentali approbatur non intelligi.

6. Imò neque concessum pro foro penitentie importat necessarium forum sacramentale, quicquid contra sententias Sanchez & alij.

1. Octavo dividitur privilegium in scriptum, & non scriptum. Scriptum privilegium est, quod per scripturam conceditur. Debet autem scriptum esse authenticum, & obligatum Principis sigillo, ut fidem saltem in foro externo faciat. Si autem velis transumptum aliquid deducere, debes citare patrem, cuius interest, aliis nullam fidem facit transumptum, sic deductum ex originali.

At si privilegium nulli specialiter opponitur, debes edicto generali vocare; si aliquis forte est, cui interest tale privilegium ut compareat ad contradicendum, sic Couar. *q. practica, cap. 2. circa finem*. Baptista de Salas in *sum. verbo privilegium fol. 199. col. 1. Emanuel Rodrig. q. regul. q. 8. av. 16. & probant omnes, ex cap. Albericus, de testibus*. Verum post Clementem V. ferè semper in omnibus privilegiis specialiter religionibus concessis, apponitur Pontificis clausulam, ut transumptis, etiam impressis habeatur integra fides, modò sint manu Notarij publici subscripta, & sigillo personæ in dignitate constitutæ munita, ut videri potest in omnibus bullis. Imò Iulius 11. ut refert Emanuel Rodrig. *tom. 1. regul. q. quest. 8. art. 16.* vnum sufficere concessis, vel transumptum obligari manu Notarij publici, vel sigillo personæ in dignitate constitutæ quod privilegium non censetur reuocatum, ait Eman. etiam Pontificis subsequentes vtrumque ad fidem expolentur, subintelligitur enim, nisi aliud sit specialiter concessum. Privilegium non scriptum est, quod verbis tenetur à Principe esse concessum, vel consuetudine est introductum. Supponimus modò ex dicendis in puncto seq. scripturam non esse de substantia privilegij, sed consensum Principis, quomodoamque manifestetur, sufficere.

2. Difficultas autem est, an huiusmodi consensus in consuetudine inueniatur, ac proinde privilegium consuetudine comparari possit?

Respondeo cum communi omnia sententia posse, sic glossa in *cap. super quibusdam, §. præterea, verbo non extat, de verb. signific. c. in cap. noui, de iudicis, verbo consuetudinem, c. in c. conquisitus, q. 3. Innocent. cap. consuetus, de rescriptis. Suar. lib. 8. cap. 7. à n. 5. Bonacina disp. 1. q. 9. punct. 1. n. 1. Salas disp. 17. sect. 2. n. 22. Ratio est, quia consuetudo legalis vim habet abrogandi legem in totum: vel in parte, si de communitate procedat, sed talis abrogatio verè privilegium est. Si autem consuetudo non sit ab aliqua communitate, quæ legem introducere possit, sed ab aliqua familia, vel singulari personæ tunc idem est, ac præscriptio: præscriptio autem acquiritur varia iura, & facultates, & iurisdictiones, ut constat ex *cap. cum contingat, de foro comperenti*, ubi id notat glossa, & Panormita. Felin. *cap. auditis, n. 17. de præscriptione, c. cap. super questionum, §. si verò, de officio delegati, n. 17. Callanovus in consuetudinibus, Burgundicæ rub. 1. §. 6. verbo du prince, n. 1.* Hæc autem reputari debent, & verè privilegia sunt. Consensus autem Principis ad huiusmodi consuetudinem legalem, vel præscriptionem subsequens non requiritur. Sufficit enim datus in *l. de quibus, ff. de legib. c. cap. ult. de consuetud. ut loquendo de consuetudine diximus*. Quocirca omnes conditiones, quæ ad consuetudinem legalem, vel præscriptionem requiruntur, ex omnes requiruntur ad hoc privilegium, siquidem media consuetudine legali, vel præscriptione debet introduci. Cum autem ad consuetudinem legalem, & ad præscriptionem diuersæ conditiones requirantur, ut constat ex supra dictis de consuetudine, ad consuetudinem legalem diximus sufficere decennium, ad præscriptionem non semper, sed pro qualitate rei præscribendæ. Ad consuetudinem introducendam non expulsiatur bona fides, secus ad præscriptionem. Diuersæ etiam conditiones requiruntur ad privilegium consuetudine legali, vel præscriptione comparatum.*

3. Sed obijcies hæc ex hac doctrina, quoties reuocatur alicui privilegia, reuocari ea, quæ consuetudine, & præscriptione comparantur; siquidem verè, & proprie privilegia sunt. Consequens autem communiter non admittitur. Ergo non sunt verè privilegia.

Respondeo negando sequelam, & ad probationem dico, etsi iura, & facultates consuetudine, vel præscriptione comparantur verè, & proprie privilegia sunt, quia tamen nomen privilegij pro privilegio specialiter à Principe concessio sumitur communiter: ea de causa in materia odiosa, qualis est reuocatio, non debent venire intelligenda, quæ consuetudine, vel præscriptione comparata sunt, sic docuit Salas *disp. 17. sect. 2. n. 2. Bonacina disp. 1. quest. 3. punct. 1. n. 3. Suarez lib. 8. cap. 7. à num. 10. c. præcipue num. 35.* Et fauent omnes illi, qui dicunt, privilegium hoc esse præsumptum, seu factum fictione iuris, quos refert Suar. *si præ num. 6.* Verum si sermo sit de augmento, & extensione aliqua fauorabili, optime possunt consuetudine, & præscriptiones sub nomine privilegij comprehendendi, quia

quia vere sunt privilegia: nulla apparet ratio, quare talis favor illis competere non possit.

4. Nona diffusio privilegij in privilegium pro foro confitentiae tantum, & in privilegium pro foro externo, est satis vtrata, & cognitio necessaria. Privilegium datum pro foro confitentiae tantum, ita prodest privilegium in illo foro, ut non possit in exteriori foro virtute illius operari, sed debet se exercere gerere, ac si nullo privilegio gauderet. At privilegium datum absolute seu datum pro foro externo, non solum in illo foro prodest, sed etiam pro foro confitentiae, nam securus in illo foro prodest, qui virtute talis privilegij operatur. Quod intelligendum est quando vere privilegium est, & non praesumptum, seu subreptitium acquiritur: nam tunc licet in exteriori foro videatur esse privilegium; re tamen ipsa nullum est, sed solum praesumptum.

5. Diffinitio autem est, an idem sit privilegium datum pro foro confitentiae, & pro foro poenitentiae; Negat Eman. Rodrig. tom. 1. quaest. regular. quaest. 61. art. 10. & Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. num. 29. hi enim Doctores distinguunt cum Praeposito cap. praeterea. el. 2. num. 5. epon. lib. triplex forum: primo contentialem; secundum poenitentialem; tertio quasi poenitentialem, quod est medium inter haec, quodque vocatur confitentiae, quando ergo privilegium concessum est pro confitentiae foro, existimant ij Doctores extra sacramentum poenitentiae exerceri posse: si concessum sit pro foro poenitentiae, solum in foro sacramentalis poenitentiae exercendum esse. Assentior his Doctoribus, quia patet dicunt privilegium concessum pro foro confitentiae non expositurale forum sacramentale, cum multa ad confitentiam pertinent, quae extra sacramentum exerceri possunt, ut bene dixit etiam Navar. lib. 5. consil. 1. de privilegiis. consil. 1. num. 2. in 2. editio. & in summa cap. 17. num. 41. Idem docet Eman. Saa verbo excommunicatio, ubi de absolutio. num. 1. Quare privilegium pro confitentiae foro concessum, solum importat vsum occultum illius minime delictum in iudiciali foro, nulloque modo exposituralem sacramentalem confessionem, nisi materia privilegij aliud indicet.

7. Dissensio tamca à Thom. Sanch. Eman. Rodrig. & Praeposito, quatenus affirmant privilegium concessum pro foro poenitentiae, seu poenitentialem, importare confessionem necessariam. Poenitentia enim Ecclesiastica saepe extra confessionem sacramentalem imponitur, ut cum aliquis ab excommunicatione solemniter absoluitur, talis absolutio poenitentialis est, & in foro poenitentiae datur, & tamen non datur in foro sacramentali. Quocirca forum poenitentiae à foro confitentiae in eo solum existimo distinguendum, quod forum confitentiae comprehendit quicquid ad confitentiam pertinet, quod non solum est remota causa, sed etiam peccati, sed etiam casualiumque boni concessio. Vile enim est confitentiae, non solum tollere ab illa mala, quae habet sed etiam fautores aliquos, & bona, quibus capax est, concedere. At forum poenitentiae solum comprehendit culpam vel malum aliquod, & vinculum, pro quo tollendo poenitentia facienda est; cum autem hoc vinculum, & malum saepe possit tolli extra sacramentum Poenitentiae, manifestè videtur inferri privilegium concessum pro foro poenitentiae, non semper importare forum sacramentale, sed solum quando malum, quod tollendum est, alia via tolli non possit, quam per sacramentalem confessionem, quod malum solum est culpa, & peccatum, non censura, & poena; & ita docet Suarez, adducens Sylo. Rosellum, Antonium, & Tabien. lib. 8. de legibus. cap. 6. num. 15. in fine. Basilius de Leon lib. 8. cap. 21. num. 17. Quod adeo verum est inquit Suarez, ut etiam si indultum committatur Sacerdoti confessori, vel qui audit confessiones, non debeat ob id intelligi exercendum necessarium in sacramento Poenitentiae; quia illis verbis solum indicatur qualitas personae eligendae, non actualis vsum confessionis. Item docet Thomas Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. num. 19.

8. Ex qua doctrina infero cum ipso Suarez num. 16. indultum datum Episcopis in Trident. sess. 24. cap. 6. de absolute à quolibet censura, & impedimento occulto in foro confitentiae, immunda poenitentia saluati, non indigere ad sui executionem sacramentum Poenitentiae, sed extra illud imponi posse poenitentiam salutarem. Idemque esse in foro confitentiae inuncta poenitentia saluati, ac in foro poenitentiae, vel poenitentialem.

§. VI.

De privilegio ad instantiam parris, vel motu proprio concessio.

1. Quae sint haec privilegia.
2. Probari possit testibus privilegium esse motu proprio concessum.
3. Clausula motus proprii in privilegio tollit vitium subreptionis, ex communi sententia.

4. Intelligitur si nulla à te facta sit supplicatio.
5. Tameñ supradicta gratia careat vitio subreptionis, si est ex aliis capitibus informari.
6. Si concedens privilegium exprimit in concessione falsitatem, nullum est.
7. Quid si supplicationem facias diminutam, & concedens apponatur clausulam ex motu proprio & probabilis censeo valere, esto doctissimus Suarez contrarium defendat.

1. Illud dicitur privilegium concessum ad instantiam parris, quando propter instantiam privilegij, vel alterius, qui eius partes gerit, conceditur, aliàs non concessurus. Econtra verò illud dicitur motu proprio concessum, in cuius concessione Princeps à se ipso movetur independenter à qualibet alia intercessione. Sed quia haec motio, & voluntas Principis consistere non potest, nisi ipse eam declarat, imbit enim universalem negatiuam, ex nullo alio motum esse, cuius probatio moraliter impossibilis est: ea de causa nunquam censetur privilegium, & gratia motu proprio concessa, nisi in ipsa concessione sic exprimitur: deciditur in cap. si motu proprio, de praebendis. in 6. Neque inde fit excludi à tali gratia, & privilegio petitionem privilegij poterat enim petisse privilegium, & nihilominus privilegium non ob eius petitionem, tanquam ob causam finalem, sed ex voluntate Principis esse concessum, quia concedit ex sua voluntate, sicut petium est, non quia petium est, & ita ex Baldo, Decio, Felino, & aliis tradit opinio Menochius lib. 2. de arbitrar. centur. 3. casu 201. num. 79. Rebuff. in concord. in forma mandati Apostolici verbo motu proprio, versic. notandum est. & praxi beneficiarum tit. de mandat. Apostolici clausula mandatorum, num. 21. Thomas Sanch. lib. 8. de dispens. lib. 1. num. 6. Suarez de legib. lib. 8. c. 1. n. 6. & 7. alij apud praecitos Doctores.

2. Ex qua doctrina infero bene Suarez, & Sanch. supra, alios allegans, & Mascard. de probat. conclus. 845. num. 34. non posse testibus probari gratiam esse motu proprio concessam; quia non possunt testificari de illa voluntate negatiua, à nullo moveri Principem in concessione. At si Princeps semel id exprimit, & recripim deperdat, possum testes deponere in illo appositam esse clausulam motu proprio, sic Sanchez supra, Mascard. num. 24. Adde etiam posse probari testibus, si gratia verbo tenus concessa fuisset, & testes deponerent concedentem dixisse se motu proprio concedere.

3. Sed inquires, an clausula motus proprii apposita in privilegio tollat vitium subreptionis.

Communis sententia affirmat tollere vitium subreptionis, quae provenire potest ex tactumitate veritatis, alioqui necessaria explicanda, sed verò ex falsa causa expressione sic Menochius lib. 2. de arbitrar. centur. 3. casu 201. num. 80. Thomas Sanchez lib. 8. de dispens. disp. 21. num. 47. & 52. Movenitur, quia ex tacita veritate non colligitur, an concedens bene, vel male informatus gratiam proprio motu concesserit: at quando falsa causa exprimitur, satis constat illa informatum esse, & cum ex falsa informatione motus fuerit ad concessionem, concessio nullius momenti erit.

4. Ceterum dicendum est primò si nulla à te, vel pro te facta est supplicatio, sed Princeps motus est à se privilegium concedere, & in concessione nullam falsitatem exprimit, est taceat ea, quae alioquin exprimerenda essent, gratia firma est, neque vilius habet vitium subreptionis: sic Doctores supra relati, & tradit Suarez lib. 8. de legibus, cap. 12. num. 14. & est expressa decisio textus in cap. si motu proprio, de praebendis, in 6. & Clem. si Romanus eodem tit. Ratio est manifesta, quia ubi nulla à te, vel pro te facta est supplicatio, nulla subreptio intervenire potest, sum, cum enim intervenire potest ignorantia ex parte concedentis, quae non debet praesumi.

5. Nihilominus, est gratia sic concessa vitio subreptionis careat non inferri semper firmam, & validam esse: potest enim ex aliis capitibus irritari. Primò enim irrita redditur, si aliqui inhabili concedatur, ut si illegitimo, excommunicato, aut irregulari concedatur beneficium, non impetrata prius dispensatione illius impedimenti; quia haec clausula motus proprii solum significat moveri concedentem, à se, & non ab alio in privilegij concessione, non autem significat se dispensare in impedimentis, & inhabilitatibus illius, sic glossa in supradicto cap. si motu proprio, verbo ob hoc, per textum ibi. Rebuff. in concordatis, tit. de forma mandati Apostolici, in clausula motus proprii, in 6. & 7. effectibus. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. numer. 81. & 82. Thomas Sanchez lib. 8. disp. 21. quaest. 3. numer. 49. Suarez lib. 8. cap. 12. num. 14. fine. Secundò inuaditur gratia, si cedat in praedictum tertij, quia non censetur concedens iuri adquisito derogare, nisi illius faciat mentionem item si sit adversus consuetudinem municipale, & consuetudinem receptam ob eadem rationem, sic Rebuff. Menoch. Thom. supra. Gigas de personibus quaest. 9. num. 4. & 5. & quaest. 29. num. 4. & 5. in quibus alia exempla videntur, quae quia materiam de beneficiis Ecclesiasticis attingunt, omnino, latius in proprio tractatu dctoris.

6. Dicendum secundò, si concedens privilegium falsitatem exprimit

DE
ASTRO
PALAC
TOM.
LIB. 8.
F. 135

exprimit in concessione, qua non exstant non solet privilegium sic concedi, siue in illius falsitatis fuerit occasio, siue auunde in motum concedentis obuenit, gratia irrita redditur, esto addat clausulam, *Moti proprio*; quia tunc non censetur Princeps concedere privilegium, nisi quatenus intelligi rem sic se habere. Cum ergo aliter sit, ac ipse existimat, efficitur non habere intentionem concedendi: & ex defectu intentionis gratia est irrita. Neque obstat de dicere proprio motu concedere, concedit enim proprio motu, posita veritate talis relationis. Ex quo fit inualidam esse dispensationem concessam in impedimento consanguinitatis, si in tali dispensatione ipse Pontifex referat puellam patri iactorem honoris, & inuuptam mansutam; cum tamen hoc falsum sit, esto addat clausulam motus proprii, quia hac subintelligitur posita veritate supradictae relationis, quae cum non sit, non subsistit concessio. Idem est in collatione beneficii Ecclesiastici, cuius valorem falso expressit Pontifex, non valet utique, quantumuis habeat clausulam motus proprii, & alia plura exempla his similia adduci possent, quia, ut bene dicit Menoch. *num. 83.* ex *Rota decis. 10. num. 2. de rescriptis in nouis*, & communis sententia, multa expressa nocent, quae tacita nocere non possunt. & ita tenet Staphileus de *litteris gratia, tit. de vi. c. si de clausulam, in clausula, motu proprio, ff. de 7. num. 3.* Menoch. *supra n. 83. c. segg.* Sanchez *n. 52. Suar. n. 15.* & alij ab eisdem citati.

7 Verum si supplicationem facias dimputam pro privilegio obtinendo, & Princeps ex illa moueatur concedere privilegium, aliis cogita veritate non concessurus, esto addat clausulam motus proprii, existimat Suarez *supra num. 16.* cum Paternitatem, & aliis irritam esse concessionem, quia deficit intentio concedentis. Crederem tamen in praesenti validam esse, quia omnes Doctores, qui supponunt taciturnitatem veritatis, non vitiate gratiam ex motu proprio concessam, supponunt petitam esse, & videtur aperte constare ex *Cl. ment. si Romanus, de praebendis*, & ex *supradicto casu si motu proprio*. Ergo si ex petitione diminuta reddatur concessio nulla, nullus est casus, in quo proprie ex taciturnitate veritatis facta a privilegio valeat gratia. Neque clausula motus proprii aliquid speciale operaretur in privilegio, ubi privilegiatus supplicationem fecit, quod est contra communem sententiam, ut videtur est in Menoch. Sanchez & aliis *supra*. Quocirca et si Princeps forte non concessurus esset privilegium, si veritatem integre cognouerit; at absolute vult concedere, & hunc defectum supplere, eo ipso, quod addit ex motu proprio, se concedere. Adverte aliquando ob diminutam relationem privilegij concessionem esse nullam; quod contingit, cum relatio est occasio, ut res diuersa ab ea, quae conceditur, intelligatur; si enim petens beneficium Ecclesiasticum tacitas esse regulare, vel hospitalia, vel vnum alteri, concessio nulla est, etiam si fiat motu proprio, non tam ob taciturnitatem veritatis, quam ob defectum intentionis in concedente; intendit enim concedere beneficium commune, quia ita per se fuit representatum; non tamen intendebat concedere illius qualitatibus affectum; atque adeo rem diuersam concessit ab ea, quam intendebas caque de causa fuit concessio nulla. Vnde cum dicimus taciturnitatem veritatis, non vitiate gratiam, intelligitur de taciturnitate veritatis extrinsecae rei, & quae illam non mutat, non de qualitate aliqua intrinseca, quae rem esse facit diuersam, & ita tenet Abbas *cap. ad aures, n. 1. num. 3. de rescriptis*. Rebuff. *in concor. datus, tit. de forma mandati, n. clausula, m. tu proprio, in 5. ff. de iur. Sanch. lib. 8. c. 1. n. 51.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 201. n. 80. c. segg.*

§. VII.

De privilegio absolute, vel sub conditione, aut modo concessio.

- 1 Quid sit explicatur.
- 2 Quando omisso operis, sub cuius onere privilegium fuit concessum, irritet eius usus; sub distinctione respondetur.
- 3 Si detur tibi facultas dispensandi, absoluedi, puniendi cum consilio alicuius, si omittas consilium petere, nulla est dispensatio, absolutio, &c.
- 4 Intelligitur doctrina de opere expostulato, quod de iure non inest.

1 **S**acis communis, & vulgaris est distinctio privilegij absolute concessum, vel sub conditione, aut modo. Illud dicitur concessum absolute, quod sine vilo onere privilegij conceditur. Contra illud sub conditione, aut modo, quod conceditur sub onere alicuius operis efficiendi.

2 Difficultas ergo est, quando omisso operis, sub cuius onere privilegium conceditur, irritet eius vsum? & quidem si opus iniunctum possit fieri post privilegij vsum, nequaquam illius omisso irritum reddat privilegij vsum, quia iam supponitur vus legitimus privilegij: hac ratione valida est absolutio a referuatis, quam obtinuit cum obligatione, comparandi, cui obligationi, et si non satisfacias, absolutio data, valida est;

peccas tamen, quia sub illo onere tibi fuit hoc privilegium absolute concessum. Idem est in facultate concessa per Lublaum, et si illud postea non lucreris; absolutio tamen prius data tenet quia opus subiectionis expostulatur, ut onus privilegij concessi, non pro conditione ad illud concedendum. At quando opus iniunctum antecedere debet privilegium, communis sententia docet, nullum esse vsum privilegij, si tale opus omittatur, quia tunc censetur concedens privilegium, sub conditione illius operis concedere, & ex defectu intentionis privilegium non operatur effectum, sic Suarez *lib. 3. cap. 13. num. 4. c. segg.*

3 Ex qua doctrina inferri, si detur tibi privilegium dispensandi, absoluedi, vel puniendi alicquem, cum consilio alicuius, & omittas petere, nullam esse dispensationem, absoluedionem, vel punitionem a te factam, quia consilium natura sua antecedit actum: ut colligitur ex *cap. cum in veteri, de consuetudine*, ubi id notat glossa. Innocent. & Panormit. *in fine*, quare debes consilium prius petere, non tamen obligaris sequi, quia in petitione consilij hoc non includitur, aliud enim est petere consilium, aliud consilio assentiri. Neque semper mandatum consilium expostulatur, ut ipsum sequaris, sed vt melius illustratus possis prudenter operari. At si tibi data esset facultas aliquid faciendi de consensu, vel cum consensu alterius; tunc necessarium sequi debebas beneplacitum illius; aliis non de consensu, sed potius ex consensu illius fieret opus, sic Suarez *supra num. 6.* & adducit glossam in *cap. si pro re descriptis in 6. verbo assensu*, & in *cap. 1. ne sede vacante in 6.* & Felinum in *cap. ex parte, de constitutionibus in primo*. Federicum Senenlem *conf. 1. num. 4.*

4 Adverte tamen supradicta intelligi debere de opere expostulato, quod iure ipso non inest privilegio concessio; hoc enim si necessarium antecederet debet privilegij vsum, praesumi debet peti sub conditione & sub illa privilegij vsum concedit. Verum si opus expostulatur, quod alioquin ex iure ipso tenetur privilegiatus facere, si vt privilegio velit, tunc videndum est, an a iure expostulatur tale opus, vt substantialis forma, an vt iolum accidentalibus; igitur eo modo, quo a iure expostulatur; sic praesumendum est concedentem privilegium, expostulante illud a privilegiato; neque aliud intendere per expostulacionem illius operis, quam monere privilegiatum, quid teneatur facere. Quae omnia constant ex his, quae diximus de lege irritante, quae in praesenti accommodanda sunt.

§. VIII.

De privilegio ad instar.

- 1 Quid sit.
- 2 Debet habere effectum privilegij, ad cuius similitudinem est concessum, aliis non tenet concessio.
- 3 Preponitur quadam obiecto, & soluitur.
- 4 Quaedam limitationes supradictae sententiae apponuntur.
- 5 An sub illa forma, Concedo tibi cathedram, seu canoniam, sicuti tuus praedecessor habuit, censentur tibi concessio facultates personales praedecessoris? Sub distinctione respondetur.

1 **P**rivilegium ad instar, vocatur, quod ad similitudinem, & exemplum alterius concessum est: si enim Princeps concessio alteri privilegio dicat: Concedo tibi privilegium idem ac Petro concessi; tunc privilegium tibi concessum vocatur privilegij ad instar, quia est ad instar, & similitudinem privilegij Petro concessi: ita vt omnem limitationem, vel extensionem, quam habuerit Petri privilegium, habeat privilegium ad instar; alia non erit perfectio ad instar illius, ita docet Nauarr. *comment. de iuribus, notab. 26. numer. 2.* Bonacina *disp. 1. quest. 3. punct. 7. §. 1. num. 20.* Suarez *lib. 8. c. 15. numer. 2. cum Bald. in Lomina. C. de Episc. & cleric. Mandol. tract. de privileg. ad instar. q. 4.*

2 Quapropter ad huius privilegij valorem requiritur necessarium, vt privilegium illud, ad cuius similitudinem est concessum, habeat effectum, & valorem, & sic verè privilegium, aliis nulla erit concessio. Nam cum totum suum esse, sit esse aliud, si aliud privilegium effectu caret, etiam privilegium ad instar carebit effectu. Neque obstat Principem expressisse facultatem voluntariam concedendi tibi privilegium; cum enim non expresserit, quid concesserit, concessio eius fuit nulla, quia privilegium debet esse de re certa, & determinata: facitque ad id *lex si sic legatum 75. §. si mihi, ff. de legatis 1.* ibi *si quantitas non si adiecta, cuiusmodi ratioe nihil debetur; quia non apparet, quantum fuerit legatum*. sic docet Suarez alios referens *lib. 8. cap. 15. numer. 6.* Bonacina *disp. 1. quest. 3. punct. 7. numer. 20.*

3 Sed ubi licet legatum in testamento, 2. ff. de constitutionibus. & demonstrat, ubi cauetur, si testator iusserit fieri monumentum, adhuc instat existens in tali loco, & ibi nullum reperitur, adhuc tenet

§. IX.

De privilegio per communicationem concessio.

reneri hanc dem monumentum statuere, iuxta vires hereditatis; quia satis expressit velle monumentum contrui; esto non appareat, quomodo sic construendum. Ergo idem erit in privilegio, cum satis expresserit Princeps se velle privilegium concedere.

Respondeo esse longè diversam rationem primo quia testator mandans monumentum contrui, satis expressit, quid faciendum sit potest enim fieri monumentum, esto non fiat similitudinem ac proinde satisfieri voluntati testatoris in substantia, le alteri ac proinde satisfieri voluntati testatoris in substantia, le alteri non fiat satis in modo: ac privilegio vti non potes, nisi scias in qua materia, & quo modo vti illo debeas, ac proinde qui tibi per generalia verba privilegium concessit simile alteri, quod nullam est, nullam tibi facultatem concessit, sed solum nomen privilegii dedit, & animum concedendi significavit. Secundo est diversitas ratio in illo casu testamenti, ac in privilegio; quia tunc testator non expresserit, quid faciendum sit, ipse tamen hæres inter, retenti debet, eius voluntatem; cum vices illius gerat: ac privilegio non committitur potestas interpretandi voluntatem concedentis, quia ad concedentem, vel eius successorem adite potest. Quapropter hæres tenetur monumentum facere, ut sibi ex coniectura mente mandantis, visum fuerit; privilegatus vero non potest vti privilegio vti, quin ad concedentem, vel eius successorem adeat pro privilegii explanatione.

4. Aduerto tamen, si aliquo modo Princeps in hoc privilegio ad instar expresserit, quid concedat; ut si dicat, concedo tibi hanc vel illam facultatem dispensandi in votis eligendi Confessorum, &c. sicuti habet Petrus: tunc privilegium concessit, etiam Petri privilegium nullum sit; quia per illam particulam, ad similitudinem privilegii Petri non irritatur concessio facta, & satis explicata; quia non apponitur vt conditio, sed exempli gratia: sic tradit alios referens Felix in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, num. 11. Mandos, in tractat. de privilegiis ad instar, quasi. 5. Suarez numer. 7. Bonacina numer. 10.

Aduerto secundo, si privilegium Petri fuit aliquando validum, & firmum, vti vero vel renonciatione amiserit, & princeps concedat tibi privilegium sicuti habet Petrus: probabiliter existimare poteris tuum privilegium valere quia videtur facta concessio de privilegio ad similitudinem illius, quod Petro concessum fuit, & quod existimabas habere.

Aduerto tertio si argatur, vel diminuat, aut omnino tollatur Petri privilegium post concessum tibi privilegium ad instar illius, non obinde augeri, & diminui tuum privilegium: quia Petri privilegium fuit tantum adductum in exemplum & similitudinem, ad determinandam voluntatem concedentis facta iam determinatione & concessione tuum privilegium ex alio non dependet. Item voluntas concedentis privilegium ad instar, loquitur attendit privilegium Petri in exemplo secundum statum, quem habebat tempore concessionis, quia solum ad instar illius est facta concessio. Ergo ex varietate postea subsequenti in exemplari non variatur privilegium ad instar. Quæ omnia satis confirmari possunt, argumentis legis in testamento, 2. ff. de condit. & demonstrat. & docuit Mandos, supra q. 6. §. 9. Suarez, n. 3. §. 4. cap. 16. num. 17. fin. vbi de privilegii communicatione, quod idem est, ac privilegium ad instar vt statim dicemus, Bonacina numer. 10. Emanuel Rodriguez tom. 1. q. 9. regul. 9. art. 9.

5. Sed quid dicendum de illa forma: Concedo tibi cathedralicam, canonicam, & beneficium, sicuti habuit tuus antecessor: inquam, succedas non solum in his, quæ iure ordinario cathedralicæ, & beneficium sunt annexa, sed etiam in privilegiis personalibus, si forè illa habeat.

Ratio dubitandi est quia in privilegiis personalibus non datur successio, sed cum ipsa persona, extinguuntur, ex regul. privilegii de iur. in 6. Nihilominus dicendum est, si modus concessio tibi factus novus fuit, neque antea visitatus, credendum est voluisse Principem transferre tibi non solum canonicatum, & præbendam; cum his, quæ ex iure ordinario ei erant annexa, sed etiam quæ ex particulari privilegio illi annexabatur, quia alias ille specialis modus, & forma concessiois frustrata esset apponitur & ita docet aduersus Barbol, in l. quia tale, ff. de iur. matr. Suarez lib. 8. c. 15. num. 11. Quam doctrinam aliquo modo confirmatam vidi in Ecclesia Compostellana; vbi Ludovic. Henriquez obtinuit casualem, quæ est dignitatem tenet vere, & in re est canonicatus in illa Ecclesia & simul etiam obtinuit alium canonicatum obijt & eius frater Antonius de Castro petit à Pontifice utramque præbendam eo modo quo suus frater obtinuerat, audivit Pontifex supplicationi: & licet controuersum fuerit, an ex vi illius clausule sicut prædecessor suus obtinuit, fuerit facta dispensatio de facto iudicatum fuit in eius fauorem.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

- 1 Quotupliciter hoc contingat.
- 2 Nunquam hoc privilegium uni religioni concessum, conferatur alteri communicari, si observantia regularis inde minuatur.
- 3 Quid si in ipsi privilegiis caueatur, vt non censeantur aliis communicata.
- 4 Restriccio facta religiosis Societatis Iesu ne possint suis privilegiis vti, nisi à Præposito generali fuerint communicata, non communicantur aliis religiosis, tamesi privilegia communicentur.
- 5 Privilegia, Lubiana & gratia concessa alicui religioni in honorem alicuius sancti proprii ad alias transferuntur in communicatione proportionate servata.

1 Privilegium per communicationem est quando communicatur tibi privilegium quod alteri est concessum. Triplex autem hæc communicatio contingere potest. Primo per quandam quasi extensionem eiusdem privilegii, ita vt vnum & idem privilegium quod aliquibus personis erat concessum ad alios æquè extendatur, non per novam concessionem, sed per aggregationem plurium subiectorum: ita vt concessio potius tendat ad applicationem eiusdem privilegii ad plura subiecta, quam ad novi privilegii concessionem: & tunc cum sit idem privilegium, aucto, vel diminuto in his quibus fuit primo concessum, augetur, & diminuitur in omnibus aliis. Secundo modo contingit communicatio privilegii concessi, non per communicationem, & applicationem privilegii ad plura subiecta æquè primo, & principaliter, sed secundario: qua ratione privilegium concessum religioni extenditur ad moniales: & privilegium concessum domino extenditur ad eius servos, non quidem æquè primo, sed accessorie; cum autem accessorium sequatur naturam principalis, aucto vel diminuto principalis augetur, vel diminuitur accessorium. Tertio, & principaliter contingit communicatio privilegii per novam privilegii concessionem: sed quia illud privilegium, quod denuo conceditur est eiusdem rationis cum privilegio antea concessio; ideo per quandam similitudinem, & imitationem dicitur privilegium concessum communicari, & in hoc sensu communicantur privilegia vnius religionis alteri religioni: neque inter huiusmodi privilegia, & privilegia ad instar inuenio aliquam in se differentiam, sed solum secundum maiorem vel minorem explanationem. Quapropter omnia illa quæ dicta sunt de privilegio ad instar, intelligi debent de hac privilegii communicatione. Sæpe tamen non solum privilegium concessum communicatur sed etiam concedendum, vt patet ex Bulla Pii V. Scicitati concessa, quæ incipit, Cum in defessa? vbi non solum privilegia concessa aliis religionibus, sed & concedenda communicantur; debet tamen hoc exprimi alias non intelligitur communicari privilegium nisi secundum statum, quem habet tempore communicationis.

2. Sed circa hæc privilegiorum communicationem est primo aduertendum non communicari privilegia alicuius religionis alteri, si ex eius communicatione observantia regularis labefactetur; quia Pontifex non intendit religionem destrucere, sed potius fouere. Quocirca privilegia concessa ordinibus militibus habendi proprium, testandi &c. siue concessa sint per modum dispensationis, siue ob aliquos fines superiores religionibus mendicantibus, non communicantur; quia sui monasterii, & gubernationis obessent sic Manuel Rodriq. tom. 1. q. 9. regul. quæst. 55. art. 2. Suarez lib. 8. cap. 17. num. 3. §. 4.

3. Secundo aduerto: si in ipsi privilegiis communicandis caueatur, ne censeantur aliis communicata, qui privilegio communicationis gaudent: sicuti in Bulla Gregorii XIII. edita anno 1584. quæ incipit, satis superque; & in Bulla Gregorii XIV. de instituto Societatis caueatur, necessaria est vt postea alteri hæc privilegia concedantur specialis clausula huius derogationis, alias hæc specialis prohibitio non censebitur derogata ita & tradit Suarez lib. 8. cap. 17. n. 8.

4. Tertio aduerto restrictionem factam religiosis Societatis de suis aliorum privilegiis, ne scilicet illis vti possint: nisi in quantum Præposito generali fuerint communicata: vt concessit Gregor. XIII anno 1575. in Bulla incipiente, Ad futurum, non obitare quominus alia religiones suis privilegiis vti possint, quamuis per suos præpositos non fuerint communicata, quia illa restrictio non est in privilegio sed in ipsius vsu ob specialem modum, quem habet Societas in suo regimine: dependet enim tota eius gubernatio à suo primo capi-

DE
ASTRO
DALIA
TOM.
LIB. 8.
CAP. 17.

re: & sic erat conueniens, vt etiam in vfu suorum privilegiorum dependeret? quod tamen aliis regionibus, quae hoc gubernationis modo carent, non videtur necessarium: atque ita possunt aliis religionibus nostra privilegia communicari, & non communicari hac restrictio: & ita tenet Manuel Rodriq. tom. 1. regul. q. 55. art. 27. vbi. secundum dubium. Suarez lib. 8. c. 17. num. 6.

3 Quato aduerto privilegia, gratias & indulgentias concessas alicui religioni in honorem aliquorum Sanctorum sui ordinis transferri ad omnes alias religiones quae cum illa religione in privilegiis communicant porportione seruata; vt si cur illa prima religio habet facultatem non seruandi interdictionem, vel lucrandi subilzatum die vocationis suae Ecclesiae, & in festiuitate sui fundatoris, & aliorum Sanctorum: pari ratione alia religio communicans his privilegiis gaudeat in die vocationis suae Ecclesiae, & in festiuitate sui fundatoris supradictis privilegiis; hoc enim operatur illa communicatio privilegiorum: sic optime explicat Eman. tom. 1. reg. qq. quaest. 55. art. 20. ad lucen. Bullam lulij I. in qua hoc fuit declaratum. Suar. lib. 8. de leg. c. 17. num. 7.

S. X.

De privilegio concesso in forma communi, vel ex certa scientia.

- 1 Explicentur supradicta.
- 2 Quando censetur in forma communi, quando ex certa scientia privilegium confirmari.
- 3 Si ex certa scientia fiat, renouat privilegium iam amissum.
- 4 Non censetur confirmatum privilegium subreptione impetratum. Neque derogatur Concilio generali.
- 5 Si inferatur privilegium confirmandum in confirmatione tamen nullum sit rales confirmatio, defenditur vt, probabilius.
- 6 Clausula vt omnes defectus iuris, & facti suppleantur, aequiualeat clausula ex certa scientia.
- 7 Quid operetur clausula, vt brachium saeculare invocare possit.
- 8 An debeat iudex secularis certificari de iurisdictione cause, vt reuocatur auxilium praestari; Negat aliqui. Sed probabilius est ostendendam esse per summariam informationem, vel authenticam ostensionem litterarum.

Hec non habent locum nisi in privilegij iam concessi confirmatione; solum enim Princeps concessum tibi privilegium confirmare, duplici tamen forma; alia ex certa scientia cognoscendo inquam qualitatem & circumstantias privilegij quod confirmat alia sine tali scientia, & noticia. Si primo modo privilegium confirmet, dicitur confirmare illud ex certa scientia in secundo modo, dicitur confirmare illud in forma communi.

1 Vt autem censetur Princeps confirmare privilegium suum ex certa scientia, id debet explicare, vel in actu signato affirmando expresse ex certa scientia privilegium confirmare; tunc enim in illi credendum est, vel per verba aequalentia, qualia concludunt, si dicat se confirmare; non obstante qualibet alia lege contraria, seu de plenitudine potestatis: vel debet explicari in actu exercito, inferendo in confirmatione tenorem privilegij, quod confirmat: sic docet glossam in cap. venerabilis de confirmatione vtili. Bar. in l. privilegia. C. de sacrosancti. Eccl. Felio. in c. cum inser. de excep. in princ. & in c. nonnulli de rescript. Suarez alios referens lib. 8. de leg. cap. 18. n. 5. & leg. q. Quando autem sic non explicat, censetur confirmare privilegium in forma communi, hoc est confirmare privilegium eo modo, quo est concessum, & via obiectuam. Quod si contingat privilegium vim non habere, illa confirmatio in forma communi nullas est effectus; quia non intendit privilegium de nouo concedere, casu quo non existat, sed solum intendit approbare, roborare & sub sua speciali protectione accipere, quod factum est, si forte sit aliquid, quod possit accipi. Quapropter saepe Princeps cum privilegia in forma communi confirmat, addere solet ad maiorem explicationem suae voluntatis, se confirmare, sicuti factum est; quae clausula, vt bene expendit Suarez supra num. 7, necessaria non est, sed ex eo solum, quod cognoscatur ex perfecta cognitione, privilegij confirmationem non potuisse? intelligi debet esse confirmationem in forma communi, hoc est confirmare privilegium, seu illud approbare, vt de presenti existit, & ita tradit Riccius in rub. de confirmat. vtili, vel inutili, dub. vltim. Felio. in cap. inter dilectos, de fide instrum. numer. 13. & in cap. cum venisset de rescrib. num. 2. & sumitur ex cap. 1. cap. quia diuersitatem de concess. praeb. cap. examinata. de confirmat. vtili, vel inutili, & alijs.

2 Veram si Princeps ex certa scientia privilegium confir-

mat habet talis confirmatio vim, & efficaciam renouandi, seu concedendi privilegium si forte vii, vel alia via amissum fuit. Probo, quia vel Princeps cognoscit defectum, & nullitatem privilegij confirmandi, & illa non obstante confirmat: & tunc clarum est talem confirmationem nouae concessioni aequivalere, quia intendit dare illi firmitatem, quoad possit alias intendere facere actum superfluum, inutilem, & frustraneum; qui omnino praecipue in legibus, & dispositionibus Principum vitandus est: si autem Princeps nullitatem privilegij non cognouerit, vel de illa dubius existat, praeterquam quod hoc praesumi non debet contra verba ipsius confirmantis, qui dicit ex certa scientia confirmare adhuc confendus est velle dare privilegium vim & efficaciam, ne cogamur dicere apposuisse illa specialia verba ex certa scientia, inutiliter & frustrane, siquidem non praestant in eo casu aliquem specialem effectum quod si addat, de plenitudine potestatis, intelligendus est, velle confirmare in quantum potest, & necessarium est. sic Tufcus verbo confirmatio ex certa scientia per vocem confirmationem. Suar. lib. 8. de legibus c. 28. n. 22. & alij plures ab eisdem relati.

3 Sed circa hanc confirmationem privilegiorum ex certa scientia.

Aduerto primo non censenda esse confirmata privilegia quae subreptione, & falsa causa impetrata sunt nisi expresse Princeps dixerit se confirmare non obstante subreptione priorum quia hic est defectus commissus in ipsa privilegij consecutione, qui non praesumitur cognitus a Principe, tum etiam quia Princeps non intendit confirmare, nisi privilegium concessum: privilegium autem subreptione impetratum, nunquam concessum fuit, & ita docet Panotm. in cap. inter dilectos de fide instrum. n. 8. Et in ibi. n. 6. & in cap. 2. de rescri. num. 44. Rota dec. 1. in nouis, tract. de confirm. vtili, vel inutili. Suarez lib. 8. de legib. c. 9. n. 3.

Aduerto secundo non censeri confirmata, quae generali concilio renouata sunt: nisi expresse derogatio huius reuocationis addatur, quia non praesumitur velle legi a Concilio stabilitate derogare ob concessionem ita generaliter factam: quod enim multorum consensu stabilitum est, maiori auctoritate est firmatum, ac proinde maiori & speciali reuocatione indiget, ita Suarez n. 5. Eman. Rodriq. tom. 1. regul. qq. 8. art. 10. in medio vbi alios allegat.

3 Aduerto tertio si privilegium confirmatur inferendo in confirmatione privilegium confirmandum, & hoc nullum fit vel quia reuocatum a Principe speciali reuocatione, vel quia renouatum a privilegio existimat Suarez lib. 8. c. 19. n. 4, non censeri confirmatum, nisi fiat mentio reuocationis eius vel addatur clausula generalis, non obstantibus &c quia non praesumitur Princeps scire illam reuocationem, aut renouationem quia est de re & facta speciali, quod princeps praesumitur ignorare iuxta. de censur. in c. secus vto affirmat esse dicendum si princeps diceret expresse se ex certa scientia, vel ex plenitudine potestatis privilegium confirmare. Verum probabilius existimo in omnibus his casibus privilegium manere confirmatum tum quia diximus in princ. huius §. & cons. nit ipse Suarez c. 18. n. 5 tenorem privilegij inferunt in confirmatione aequaliter clausula ex certa scientia quodque satis probatur ex cap. venerabilis de confirm. vtili, vel inutili, & ibi gloss. & Panotm. Ergo debet aequaliter in valore & efficacia tum quia si huiusmodi scientia reuocationis, aut renouationis non praesumitur quia est de re sp. cui ad factum pertinente & obinde non censetur renouatum privilegium neque etiam censetur renouatum & confirmatum quando per non vsum fuerit amissum, quia etiam hic defectus est specialis & pertinet ad factum, ac proinde in nullo casu reuocabitur privilegium nullum, quod est contra communem sententiam.

4 Aduerto quarto in confirmatione privilegiorum solere apponi clausulam quae suppletur omnes iuris, & facti defectus si qui interuenierint in eisdem hoc est in privilegijs, quae confirmantur: sic appositus Sixtus V. & Paulus IV. in confirmatione privilegiorum minoribus facta prout refert Eman. Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 8. n. 15. & pro nostra Societate in Bulla edita a Greg. XIV. & a Paulo V. eadem clausula habetur quae verba nihil speciale videtur addere confirmationi ex certa scientia, sed solum apponi ad maiorem claritatem, & euentiam, quia nec suppletur defectus subreptionis: si qui interuenit, quia hoc est contra naturam privilegij confirmatorij & tradit Eman. Rodriq. scrib. n. 15. Suarez c. 20. circa finem. n. 12 neque tria supplet defectus & in habilitates privilegiari vt sit scripti s. excomm. unicus, & irregularis quia haec specialem neque tum reuocant, & clausula generali non videtur sublaata neque etiam supplet alios defectus naturales, quia vel ibi suppleri non possunt, vel saltem non possunt licite vt bene dicit Host. in cap. 1. de translat. & Felio in cap. sciscitatis, de rescrip. num. 4. Suarez, & Emanuel. supra. Ergo nihil est quod per illam clausulam specialiter suppleatur, quod per confirmationem ex certa scientia suppletur non fit

7. Aduerto

Adgetto quomodo in supradictis privilegiis sepe concedi-
7 possunt invocare brachium facultatis : quae quidem concessio
ad maiorem abundantiam est, nam iure ipso tenentur iudices
& facultates Ecclesiasticas fovere : si in suo officio impediatur, &
auxilium expostulet, ut conat ex his, quae tradit Roland. à
Valle in consil. 39. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbit. cent. 5. casu
45. n. 4. & alij ab eisdem relati. Quapropter iudex delegatus,
45. n. 4. & alij ab eisdem relati. Quapropter iudex delegatus,
& virtute privilegiorum ad eorum observationem electus, si
vident privilegatos à secularibus impediri, poterit invocare
auxilium secularis iudicis : quod si parere noluerit, poterit
auxilium compellere, aliàs inutilis esset invocandi concessio, si
limit non daretur potestas compulsiva tenentis : sic aliis relatis
docet Emanuel Rodrig. tom. 1. quæst. 8. art. 14.

8 Difficultas autem est, an debeat secularis iudex certifi-
cari de iustificatione causae, ut teneatur auxilium præstare, an-
tequam censuris compelli à iudice Ecclesiastico? Negat
Eman. supra, cum Aualos in diract. iudic. Ecclesiast. 2. p. cap. 13.
n. 23, quia si hæc informatio, & certificatio requiritur, facile
poterit à iudice seculari repelli auxilium, affirmans non esse fa-
cile iustificationem causam. Item in competencia iurisdictionis, &
præoccupatione inter Ecclesiasticum iudicem, & secularem Ec-
clesiasticus debet sententiam pronuntiare, & teneatur ei obedire
secularis : ut multis relatis docet Couarr. pract. 99. c. 33. n. 1.
et, quibus & suffragatur. Ergo impertinet eis quælibet
offensio litterarum, & informatio, siquidem semper standum est
pro iudice Ecclesiastico. Verum probabilius credo debeat iudi-
cem Ecclesiasticum ostendere seculari iudici, à quo petit auxi-
lium, facultatem, quam habet, & iustitiam ad petendum, ut se
præcedere omnes procedat : aliàs pluribus vexationibus res ef-
fectu expolita. Hæc tamen manifestatio per ostensionem authen-
ticam litterarum, per informationem summariam factam ab
ipsomet iudice Ecclesiastico fieri debet, quod si his non credit
iudex secularis, & ob id tenuit auxilium præstare, poterit tunc
Ecclesiasticum illam excommunicatione, aliàsve censuris coactis
quia sufficienter manifestavit se iuste procedere.

Aduerto etiam in pluribus privilegiorum privilegiorum confir-
mationibus, haberi hanc clausulam, *admodum decretis Con-*
cilij Tridentini contraria non sint; per quam exceptionem so-
lùm intelligantur excepta ea, quae Concilij Tridentini decretis
specialiter reuocantibus sunt contraria. Quare omnia privilegia,
quae per Concilium specialiter reuocata non sunt, illa confir-
matione censentur confirmata : quia non sunt simpliciter
contraria Concilio : & ita tradit alios allegans, & bene probans
Eman. Rodrig. reg. 99. tom. 1. q. 8. art. 6. & 7. expendit, quæ pri-
uilegia derogantur per Tridentin. regularibus.

PUNCTUM III.

De privilegiorum conditionibus.

7 Vplex conditio videtur expostulanda ad privilegium. Pri-
ma scriptura. Secunda promulgatio. Necessitatem harum
conditionum in præfati examine intindimus. Et quidem si de
privilegio consuetudine comparato loquamur, certum est nul-
lam aliam scripturam, & promulgationem in illo esse posse,
præter ipsos actus, quibus consuetudo inducitur. Quare solum
de privilegio à Principe concessio controuerti poterit.

§. I.

An requiratur scriptura ad privilegium.

- 1 Non est necessaria.
- 2 Proponitur quasdam obiectio, si illi satis.
- 3 An habeat locum in beneficiis.
- 4 An in facultate residendi.
- 5 An in facultate ingrediendi monialium monasteria.
- 6 An in iudiciis à Romano Pontifice designatis.
- 7 An in remissionibus delictorum in nostro regno.
- 8 An in gratia, quae consistit in iure ad agendum, qui affir-
ment ad hanc gratiam necessariò requirit scripturam.
- 9 Probabilius est oppositum.

10 Communis est sententia, scripturam per se necessariam
non esse ad gratiae valorem : sic sumitur ex Clem. dudum,
verò, in quibus per ipsos, de sepulch. ibi, vniuersa privilegia gra-
tias vel indigentias, verbo, seu scripto, seu quacumque forma
tunc, & ex Extravas. est dominici, de panit. & remiss. ibi,
tam verbo, quam scriptis confectis litteris, & ex cap. in institutionis,
25. q. 2. quod est ex Gregor. sine qua scripto decernimus, sine
qua in nostra præfata videntur esse disposita, & tradit glossa
in suprad. Clement. Salas disp. 17. sect. 2. n. 20. Bonac. disp. 1. q. 1.
p. 4. circa fin. Nauar. lib. 2. de primog. c. 7. n. 55. nosster Molin. tom. 3. de iu-
ris. disp. 599. n. 1. Masc. de probat. v. g. conclus. 845. art. 14. Suar.
lib. 8. de leg. c. 1. n. 2. Thom. Sanch. lib. 3. disp. 35. n. 10. & lib. 8.
de matr. disp. 29. n. 2. & alij innumerati ab eisdem relati. Probatur,
quia totus valor privilegij pendet ex voluntate concedentis,
Terd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

quæ verbis sicut scriptura manifestari potest. Secundo nemo
potest arctari lege lata à Principe contra Principis voluntatem.
Ergo si Princeps vult te non arctare, eo ipso liber existis. Ut
autem hæc libertas tibi constet, scriptura non est necessaria : sed
verbo, aut aliis signis id fieri potest. Tertiò, quia privilegium
est quadam donatio : donatio autem perfecta est, etiam si lit-
teræ non expendantur.

2 Sed obicitur. Ante expeditionem litterarum censetur gra-
tia informis, & imperfecta, ut colligitur ex regul. 25. Cancell. ubi
dicitur, ne iudicetur iuxta formam supplicationum signatarum
super quibusdam imperationibus, & concessionibus, sub scri-
pto verbo, placet, vel fiat, quia gratia Apostolica informis cen-
setur, & imperfecta. Et confirmat. Officiales Pontificis pos-
sunt expeditionem litterarum impedire. Ergo signum est gra-
tiam non esse plenè consummatam ante illarum expeditionem.
Confirmo secundo ex reg. Cancell. 51. aliàs apud Rebuff. practi-
benef. 56. ubi cautur dispensationes non suffragari, nisi litteris
expeditis. & Gregor. XIII. reg. 50. Cancell. sic disponit : Nulla
talis dispensatio, cuiquam in iudicio, vel extra suffragatur ;
antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ.

3 Respondeo ex communi sententia gratiam, & facultatem
concessam à Pontifice verboreus censeri informem, & imper-
fectam in ordine ad iudicium ; quia non habet perfectionem
necessariam, ut ex illa iudicetur : at in se formale, & perfecta
est, & in foro conscientie omnino valida, & ius impetranti ac-
quiritur, ex cap. si pro de rescriptis, in 6. cap. fin. de concess.
prabend. in 6. & ex aliis in principio relatis. Ad confirmatio-
nem primam concedo officiales posse impedire expeditionem
litterarum, sed non obinde sequitur perfectam gratiam non esse ;
sed non esse perfectam ad iudicium, & forum externum, & eod-
em modo explicandæ sunt regulæ illæ Cancellariæ, quibus cau-
etur gratias à Pontifice factas litteris non expeditis, non sus-
fragari in iudicio neque extra, hoc est in iudicio contentio-
so, neque extra iudicium ; in foro tamen externo publico
non suffragari. Quapropter si aliquis incapax alicuius muneris,
officij vel beneficiij, virtute huius dispensationis, viæ vocis
oraculo impetrare se opponat, poterit non solum in iudicio
contentioso, sed etiam nullo iudicio precedente repelli ; quia
tam in foro iudiciali, quam publico non suffragatur gratia sic
obtentæ. Dixi, gratiam à Pontifice concessam, litteris non ex-
peditis, non suffragari in foro externo (et in se perfecta sit.)
Nam gratiæ aliæ concessæ ab inferioribus Prelatis, à Rege, &
aliis secularibus Principibus, non solum in foro conscientie,
sed etiam iudiciali suffragari possunt, si per testes sufficienter
probentur ; quia nullo iure cautum est oppositum : & ita tenet
alios referens Mascard. de probat. concl. 845. n. 11. Azunedo l. 2.
tit. 25. lib. 8. nona recop. n. 2. Quæ verò ratione debeat probari,
consulendi sunt Mascard. Azunedo, Matienzo ibi Cauillos 99.
pract. q. 722.

4 Supradictæ doctrinæ plures limitationes adhibentur à
Doctoribus. Prima est in beneficiis collatis, confirmatis, vel
vnitis à Sede Apostolica, quorum possessionem nullus appreh-
endere potest, nisi litteris expeditis : alioqui totum est irritum,
nec facit fructus suos, & beneficiis obtentis priuatur, nec iu-
uari potest annali, biennali : aut triennali possessione ; quia est
intrusus ; & violentus possessor : & ex Extravas. incurrit, de
elect. iuncta constitutione Pauli III. quæ incipit cum nobis, &
Iulij II. quæ incipit Romani Pontificis, quæ constitutiones ad
beneficia ab ordinariis impetrata non extenduntur ; ac proinde
litteris non expeditis poterit impetrans capere possessionem,
& fructus accipere, ut docuit Azor tom. 4. lib. 5. cap. 2. q. 5.
circa fin. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 4. n. 50. Aduerto tamen, etiam non
possis beneficiij collati à Sede Apostolica capere possessionem
litteris non expeditis : at facta gratia poteris commutare cum
alio, quia est tuum, sic ex Rebuff. Ioan. Monach. & aliis tradit
Mascard. de probat. concl. 845. n. 18. & colligitur ex Sanch.
& aliis ab ipso relatis lib. 8. de matr. disp. 29. n. 5.

5 Secundo limitant Doctores in facultate non residendi in
beneficiis curam animarum habentibus : quæ ut valida sit, vna
causam exigit dari in scriptis ab ordinario, sic Trident. sess. 25.
c. 5. reform.

6 Tertiò in facultate ingrediendi intra septa monasterij,
quæ valida non est sine Episcopi, vel superioris licentia in scri-
ptis obtenta, Trident. sess. 25. c. 1. de reform.

7 Quarto in iudiciis signatis à Romano Pontifice, quique
ad iudicandum eliguntur, qui non possunt inchoare iudicium,
quo usque litteræ iurisdictionem concedentes expendantur : con-
stat ex suprad. reg. Cancell. 25. de non iudicando iuxta formam
supplicationis. & tradit ibi Gomez q. 6. n. 1. Molin. lib. 1. de pri-
mog. c. 7. n. 56. & 57. nosster Mol. tom. 3. de iustit. disp. 499. n. 2.
Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 29. n. 10. Alij verò iudices à se-
culari Principe, vel Episcopis signati hæc regula non tenentur.

8 Quinto limitatur ex legibus nostri regni, in remissionibus
delictorum ; inualida enim est delicti remissio à Rege facta,
quovisque Rex suo nomine, & sigillo obligauerit remissio-
nem, & insuper duo Consiliarij ; constat ex l. 1. tit. 25. lib. 8. no-
na compilat. tradit, & pluribus exornat Azunedo ibi à n. 2.

9 Sextò, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-
cto, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-
cto, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-
cto, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-
cto, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-
cto, & præcipue limitatur in gratia quæ consistit in fa-